UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

8 De differentia trium jejuniorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

Visual Library

ΚΕΦΑΛ. Η.

Περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν τελῶν νηστειῶν.

Διαφέρουσι δὲ αἱ δύο νηστεῖαι ἀπὸ τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς, ὅτι ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, καὶ Πέτρου καὶ Παύλου, ἐσθίουσιν ἰχθύας, καὶ δὶς τῆς ἡμέρας· ἐν δὲ τῇ τεσσαρακοστῇ τῆς παρθένου οὐκ ἐσθίουσιν ἰχθύας, ἀλλ' ὅμως ἐσθίουσι δὶς ἡμέρας.

ΚΕΦΑΛ. Θ.

Περὶ τοῦ, πῶς ἄρχονται νηστεύειν ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ.

Ἄρχονται δὲ νηστεύειν τούτῳ τῷ τρόπῳ. τῇ δεκάτῃ κυριακῇ πρὸ τῆς κυριακῆς τοῦ πάσχα, τουτέστι τῇ ἐννάτῃ ἑβδομάδι πρὸ τοῦ πάσχα, καλεῖται ἐκείνη ἡ ἑβδομὰς, προφωνήσιμος ἑβδομάς. Ὁμοίως καλεῖται καὶ κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου· διότι ἐν τῇ αὐτῇ κυριακῇ ἀναγινώσκουσι τὸ εὐαγγέλιον, τοῦ περὶ τελώνου καὶ Φαρισαίου, ἵνα μάθωσι τὴν ταπείνωσιν, ταπεινοῦν ἑαυτοὺς, καὶ μὴ κατακρίνειν ἄλλους, καὶ κολασθῶσιν ὥσπερ ὁ Φαρισαῖος κατέκρινε τὸν τελώνην καὶ ἐκολάσθη. καὶ ᾄδουσιν ἀφ' ἑσπέρας καὶ τῇ ἐπαύριον ἐν τῷ ὄρθρῳ, τουτέστι, τῇ αὐτῇ δεκάτῃ κυριακῇ πρὸ τοῦ πάσχα ᾄσματα τοιαῦτα μετὰ μεγάλης φωνῆς, καὶ ξηρᾶς πολλάκις καὶ μελῳδικῶς ὥστε ἀκούειν πάντας. Φαρισαίου φύγωμεν ὑψηγορίαν, καὶ τελώνου μάθωμεν ταπείνωσιν, καὶ ἕτερα τοιαῦτα ὅμοια. καὶ ἄρχονται ἐξομολογεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ τὰς ἀδικίας τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν συγχωρεῖν, ἵνα ὦσι καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅταν ἄρχονται νηστεύειν.

ΚΕΦΑΛ. Ι.

Περὶ τῆς ἐννάτης κυριακῆς πρὸ τοῦ πάσχα.

Τῇ δὲ ἐπομένῃ κυριακῇ, ἥτις ἐστὶν ἐννάτη κυριακὴ πρὸ τοῦ πάσχα, καὶ ἑβδομὰς ὀγδόη, καλεῖται αὕτη ἡ κυριακὴ τῆς δευτέρας πα-

CAPUT VIII.
DE
Differentia trium iſtorum jejuniorum

DIfferentia inter hæc jejunia & magnam quadrageſimam in eo eſt, quod in quadrageſimâ nativitatis Chriſti & Apoſtolorum Petri & Pauli, non ſolum piſces, ſed etiam iteratâ vice de die; in quadrageſimâ virginis vero bis quidem de die, at piſces nequaquam comedere liceat.

CAPUT IX.
DE
Ratione inchoandi jejunium magnæ quadrageſimæ.

JEjunium hoc hunc ad modum auſpicantur. Dominicâ decimâ ante dominicam Paſchalem, hoc eſt, nonâ, quæ feſtum præcedit Paſchatos, ſeptimana. Vocatur ea ſeptimana, ſeptimana Prophoneſimos, ut & dominica publicani & Phariſæi, quia evangelium, quod de publicano & Phariſæo agit, humilitatis addiſcendæ cauſa ea ipſa decima dominica prælegirur; ut ſcilicet addiſcant omnes de ſeipſis modeſtè & humiliter ſentire, nec alios judicando, cum Phariſæo, qui publicanum condemnavit, pœnamque luit, in ſupplicium incidant. Circa veſperam uſque ad diei alterius diluculum, hoc eſt, in ipſa decima dominica ante Paſcha, ejus generis cantiones cantant, & voce magna, & ſimpliciter ut plurimum, & harmonicè, ita ut omnium penetrent aures, hunc in ſonum: Fugiamus ſuperbiam Phariſæi, & diſcamus humilitatem publicani; & ſimilia. Et peccata etiam ſua confiteri incipiunt, offenſarumque inimicis ſuis gratiam faciunt, ut ita animo undiquaque defœcato & puro jejunii initium faciant.

CAPUT X.
DE
Dominica nona, quæ feſtum Paſchatos præcedit.

DOminica ſequens, quæ eſt ante feſtum Paſchale dominica nona, & ſeptimana octava, vocatur dominica adventus ſecundi, & judicii